



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Blangiacvm, Tertio lapide ab Hesdino Artesiae opido.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**



## CAPVT XXXI.

## BLANGIACVM,

*Tertio lapide ab Hefdino Artesia opido.*

**S** Berta nobilissimo genere nata cum Sigifrido illustri viro nupsisset, ex eo genuit filias quinque, Gertrudem, Deothilam, Emmam, Gesam, & Gestam. Defuncto postmodum marito, & Blangiacy in villa sua honorifice sepulto, B. Berta totam spem suam Deo committens, ad omnipotentis Dei seruitium se contulit, pretiosissimos apparatus deposuit, ac sacro se sanctimonialis habitus velamine velare non destitit. Igitur diuinitus admonita, sagaci animo cogitare coepit, qualiter in sua possessione potuisset construere Ecclesiam in honore Domini nostri Iesu Christi, eiusque genitricis beatissimæ semperque virginis Mariæ.

Anno itaque incarnationis Domini nostri *AN. 682.* Iesu Christi sexcentesimo octogesimo secundo, in Blangiaco pijsissima Berta monasterium ædificare coepit, in pago Taruanorum, in propria possessione, quod Domino tribuente cum summo honore finetenus deductum est.

*Et infra,*

Beatissima Berta augebatur in operibus bonis. Nam coepit ædificare claustra monasterij decentissima. Construxit nempe vnam, ex-

tra



tra portam, Ecclesiam sancti Audomari confessoris, ubi sacerdotes vel clerici ipsius cenobij diuinum persoluerent officium. aliam etiam ædificauit in honore S. Vedasti, tertiam verò in honore beati Martini confessoris atque Pontificis construxit. Alias itidem septem ædificauit in prædijs suis, quas omnes dedicare petijt in honore sancti Martini. *Hæc ex historia vitæ sanctæ Bertæ, quæ Blangiaci & apud nos exstat manuscripta, hausimus.*

Porro Sigefridus, beata Bertæ maritus, Comes fuit Pontiuensis (quem Picardie tractum vulgò Ponthieu nuncupant,) & frater Adalaldi Ducis, mariti sanctæ Rictrudis Marchianensis, Iperio teste in Chronico suo Bertinensi: Adalaldi, inquit, Ducis fratres fuerunt Sigefridus Comes Pontiuensis, maritus sanctæ Bertæ Blangiagensis, & Erchenaldus Maior domus Clodonei, filij Dagoberti. Erchenaldus Adalaldo defuncto, in eius terra reædificauit Duacum castrum, & in eo construxit Ecclesiam beatæ Dei genitricis, quæ Ecclesia nunc dicitur beati Amati confessoris. Idem quoque Erchenaldus, consilio beati Fursei, cui valdè familiaris fuit, suis proprijs sumptibus construxit monasterium sancti Petri in Latiniaco; itemque in Perona, allodio suo proprio, monasterium sancti Fursei, in quo ipse sanctum Furseum sepeliuit, & ipsemet Erchenaldus nunc sepultus requiescit. *Hactenus Iperius.*

*Fuit itaque Blangiacense cœnobiũ principio sa-*



pio sacrarum Virginum domicilium: quod quidem à Normannis vastatum monachi Benedicti Balduino Barbato comite Flandris imperante, sumtibus Hersendis pia ac diuitis matrona instaurarunt.

Monasterium S. IOANNIS IN MONTE,  
apud Taruanam Morinorum urbem, olim  
situm, nunc in vrbe Iprensi, in  
Comitatu Flan-  
driae.

**T**heodericus Galliae Rex in expiationem  
coedis S. Leodegarij Episcopi Augusto-  
dunensis, anno Christi sexcentesimo octoge-  
simo sexto, in monte, haud longè à muris vr-  
bis Morinensis seu Taruanensis sito, cœnobi-  
um istud in honorem S. Ioannis Baptistæ con-  
struxit. Destructum verò est à milite Caroli  
V. Imperatoris obsidionem parante, anno  
millésimo quingentesimo quinquagesimo  
tertio, vti & vrbs ipsa post deditio-  
nem funditus est excisa. Monachi autem postea  
in Flandriam venere, eiusque Balliolan-  
am Sancti Antonij, vt vocant, Præce-  
ptoriam, seu monasterium, Philippus  
II. Hispaniarum Rex, & Belgarum Prin-  
ceps, Pontifice Romano consentiente, ad-  
signauit. At verò ob hostiles Ostendano-  
rum militum excursus, inde Ipras, anno mil-

An. 686.

An. 1553.

An. 1590.

lesimo